

1551

CODICES

4552

nibus 42. in Codice deest usque ad verba: *Hęc ad constructionem archę his qui plura facere aut non valent &c.* Cetera integra, quamquam non absque diversâ lectione. Vide et Cod. DCLXVI.

Fol. 49. ἀνεργασίας Excerpta adjiciuntur de Significationibus Rerum primarum et secundarum per voces secundum sex circumstantias, quae sunt: *Res, persone, numeri, loca, tempora, gesta*, quibus inferuntur Syllabi Ponderum, Mensurarum, Catalogi Patriarcharum, Judicum, Regum et Pontificum *Juda*, Regumque gentilium, Descriptiones Regnorum et Breviarium historicum usque ad Herodem, qui Jacobum interfecit. Lecta haec videntur ex *Libris Excerptationum Hugonis*, ut vocant Editores, *Priorum, eod. Tomo* contentis, quamquam, quae de *Ponderibus* et *Mensuris* hic traduntur, in iis non repererim. Ad calcem Codicis: *Liber iste proprie pertinet ad sanctum Michabelem in Mänse.*

DCLXIV.

R. 1990

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 289. f. per duas columnas luculente exaratus, coloribus illustratus et quondam, ut fol. 3. notatur, *Fratrum Carthusiensium iuxta pragam extra muros*, sequentia complectitur: I. *Hugonis a S. Victore Can. Reg. Libros IV. de Claustro Animae*; quorum Prologus incipit: *Rogasti nos frater amantiſſime quatenus aliqua remedia &c.* ut in Editione

*Opp. Rotomag. 1648. T. II. p. 42. f.* ubi noto, ipsos Editores *Victorinos* ad calcem dubitare, an Opus non potius *Hugoni de Folieto*tribuendum fit. Retuli jam saepius.

II. fol. 95. Incipiunt *Gesta Salvatoris Domini nostri ihesu christi secundum carnem*. Alias *Acta Pilati*, alias *Evangelium Nicodemi* a me jam utroque *Vol.* non semel indicatum. Initium hic: *Factum est autem in anno XIX. tyberij cesaris &c.* Adhaeret *Epistola Pilati*, quae incipit: *Pontius Pilatus Regi suo Claudio salutem. Nuper accidit et quod ipse probavi &c.* Variat phrasis, ut in ejusmodi Commentis solet, fere per singula Exemplaria. Plura *Fabricii Codex Apocryph. N. T. p. 213. et P. III. a p. 456.*

III. fol. 106. Incipit liber beati *Bernhardi Abbatis Clareuallensis ad Eugenium papam qualiter prelatus debeat preeſſe*. Id est *Libri V. de Consideratione*, prout extant edit. *Maur. Paris. 1680. T. II. col. 407. f.* Habent curas secundae manus in margine. Capitulum nulla divisio.

IV. fol. 139. p. 2. praevio *Loco* e *Retraſat. L. II. c. 4.* et *Prooemio S. Augustini Libri IV. de Doctrina Christiana*. Nulla iterum Capitulum divisio. Liber I. init: *Due sunt res quibus nititur &c.* Finit IV. *quantulacumque potui facultate differui.* Ut edit. *Maur. T. III. col. I.*

V. fol. 192. praevio *Capitulum Elencho Incipit liber Augustini de ecclesiasticis dogmatibus.* Alii dicunt

1553

## A S C E T I C I.

1554

cunt quod est Gignasii. Repone Gennadii, et recte. Initium: *Credimus unum esse deum patrem &c.* Ut in *Append. T. VIII. edit. cit. col. 75.* Ad calcem: *Explicit definitio Ecclesiarum.*

VI. fol. 197. p. 2. Incipit expositio symboli Aurelij Augustini episcopi catholici. Alias inscriptus Liber de Fide et Symbolo incipit: *Quoniam scriptum est et apostolice discipline &c.* Ut edit. cit. T. VI. col. 151.

VII. fol. 204. Incipit liber sancti Augustini ad Petrum Dyaconum de fide. Initium: *Epistolam fili Petre tue caritatis accepi &c.* Est Fulgentii Rusp. et legitur T. VI. append. col. 19.

VIII. fol. 220. p. 2. Incipit alia expositio symboli secundum Augustinum episcopum. Ita: *Queso uos fratres karissimi ut nobis referantibus &c.* Reiectus Sermo in append. T. V. col. 397. ubi est n. 242. sextus de Symbolo.

IX. fol. 221. p. 2. Omelia sancti Augustini de symbolo et deitate et omnipotentia patris. Incipit: *Offendimus fratres dilectissimi ut vestra certe dilectio &c.* Eodem reiectus col. 390. Primus de Symbolo Sermo.

X. fol. 222. p. 2. Incipit Augustinus de incarnatione domini in natale domini et saluatoris. Initium: *Hodie enim fratres dilectissimi celebramus dominice natiuitatis diem &c.* Pariter eodem reiectus ad col. 216. in *Nat. Dom.* Sermo secundus.

XI. fol. 223. p. 2. Incipit exhortatio sancti Ambrosij episcopi

ad neophitos de symbolo. Supra paginam etiam Augustinum semel scripsit Librarius. Apud neutrum simile quid reperi. Exorditur: *Gracia uobis et pax a deo patre et filio et spiritu sancto adsistat et habundet benedicti domino. qui uocat uos in suum regnum et gloriam. quoniam apud ipsum et ipse fons uite est &c.* Recitat dein Symbolum Apostolorum, exponitque praecipue contra Arium et Sabellicum usque ad Crucifixus cetera deinceps obiter percurrens, dum finiat: *a gratia baptismatis expiatis coheredes sibi in regni celestis gloria prepararet cum (cui?) gloria in secula seculorum Amen.* Ignoro Autorem, quem satis antiquum esse oportet.

XII. fol. 226. Incipit liber sancti Augustini ad timasium et Iacobum de Natura et Gratia. Sic: *Librum quem misistis karissimi fratres Timasi et Iacobe intermissis paululum &c.* Extat edit. *supracit. T. X. col. 127.*

XIII. fol. 247. Incipit liber Aurelij Augustini ad valentinum de gratia et libero arbitrio. Initium: *Propter eos qui hominis liberum arbitrium sic predicant &c.* Extat eodem T. col. 717.

XIV. fol. 262. p. 2. Claustrum Anime cum dispositione officiorum et officialium suorum secundum quod disponi solet et ordinari claustrum materiale. Init: *Abbas huius claustrum est iugis meditatio diuine presencie. &c.* Ad calcem recentior manus: *Iste liber non est Hugenis. Nempe Victorini.* Novimus et nos. Verum dum asceticam hanc

E e 2

Alle-

1555

CODICES

1556

Allegoriam jam *Vol. I. P. II. col. 3355*. referrem, satis incassum me torfi de Autore; nec modo doctior sum.

DCLXV.

R. 2005 Codex membranaceus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 130. f. per duas columnas, maxime prima sui parte, nitide exaratus, literisque initiorum deauratis et picturatis speciosus, ac olim *domus Orti beate marie prope pragam ordinis Carthusiensis* ita orditur: *Incipit tractatus peroptimus Richardi de contemplatione beniamyn*. Est is *Richardus* ad *S. Victorem Parisi*. Canonicus reg. 1173. vivis exemitus. In edit. *Operum ejus omnium Colon. 1621. 4. Benjamin* hic in *Minorem* et *Majorem* distinguitur, et *Minorem* quidem jam *Vol. I. P. 2. col. 2127*. dedi; in praesenti vero Codice indiscriminatim decurrunt. *Minor* nullo Capitulo Elencho instructus incipit: *Beniamyn adolescens in mentis excessu. Audiant adolescentes sermonem &c. Major* quinquepartitus non tantum Elenchum Capitulum omnium V. Partium praemitit, sed ad singulas etiam Partes repetit. In edit. *cit.* inscriptus de *Gratia Contemplationis* nullo hic peculiari titulo gaudet, sed C. I. insignitum: *De contemplatione e-*

*iusque commendacione*, incipit: *Misticam illam moysi archam libet si liceat ex inspiracione illius munere &c.* Opus integrum est, Textus vero ad Editionem *cit.* foret eliminandus. Ad calcem Librarius alium *Richardi Tractatum De exterminatione Mali et promotione Boni* addere parabat; verum scripto jam Capitulo Syllabo mutavit consilium.

II. fol. 71. succedit *Speculum seu Manuale beati Augustini*. Init istud: *Adesto mihi verum lumen deus pater omnipotens &c.* et profert inter *Augustino* falso tributa T. VI. edit. *Maur. Append. col. 145*. ipso *Alcuino*, cujus refert sententias, tempore posterius, ut pluribus *Admonitio l. cit.* praevia.

III. fol. 81. Incipit praefatio *venerabilis Johannis heremite qui cassianus dicitur in libro de institutis cenobiorum et octo principalium vitiorum remediis ad papam castorium*. Ita: *Ueteris instrumenti narrat ystoria sapientissimum salomonem &c.* Opus ipsum XII. Libris constans: *De institutis ac regulis monasteriorum dicturi unde competentius &c.* Textus collatus cum edit. quae *Lipsiam, Wetstenios* et an. 1733. praefert, non spernendas quasdam lectiones offert, quarum specimen e L. I. c. 2. dabo:

Codex

auſtoritas monſtrat  
virginitatis iam purae  
in quo confederat

Editio

auſtoritate monſtratur  
virginitatis jam flores  
in quo conciderat

birsuti